UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

CCCLXXIX. Der Propst zu Diesdorf und die von Bartensleben vertragen sich wegen des Legers zu Mellin, am 16. Mai 1521.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55716

Visual Library

CCCLXXIX. Der Propſt zu Diesdorf und die von Bartensleben vertragen ſich wegen des Legers zu Mellin, am 16. Mai 1521.

Am achtenden dage aſcenſionis domini Anno etc. XXI hebben wy Cordt van Marenholt, proueſt tho Diſtorppe, eyns deyls vnde Buſſe, Gunter vnde Hinrick van Bartenſleue ander deyls vnſz vordragen des leghers haluen tho Mellin In duſſer nageſcreuen wiſe, So dat de van mellin ſchollen vnde willen den van Bartenſleue iarlikes geuen tho leghere II tonnen bers vnde eynen hamell vnde iſlicke Bure teyn eyger, eyn hon, eyn punt bottern, twe brot vnde eyn ſchepel hauernn vnde mehr mehr (ſic). Hyr an, by vnde auer ys geweſt de werdige vnde achtbare here, Hernn werner van der Schulenborch, proueſt tho Dambeke. Des ſynt twe cedell eyn vth deme andern geſneden, des de proueſt tho Diſtorppe eynen hefft vnde de van Bartenſleue denn andern, al eyns ludende. Datum ut ſupra.

CCCLXXX. Des Kloſters Winhuſen Fraternitätsbrief für das Kloſter Diesdorf, vom 3. Februar 1522.

Nos Katherina, abbatiſſa Inmerita, Totuſque Conuentus Cenobii Illibate virginis Marie diuique alexandri martiris In wynhuſenn ordinis Ciſtercienſis Hildenſemenſiſque dioceſis Venerabilibus Religioſis deoque dicatis virginibus domine Cecilie, prioriſſe predigne, Totique Collegio Cenobii diſtorppe Quicquid dulcius ex mellifluis Jeſu criſti vulneribus vbertim ſupereffluentibus hauriri poterit ſalubriter ſentire. Poſtulante ſingularis fauoris precipueque deuotionis affectu, quem ad noſtrum Cenobium nuper concepiſtis, ne decreſci, ſed In dies dei ad gloriam per ſacri pneumatis numen cumulari mereatur, Et ut fidele obſequium pro Clenodiis noſtre domus conſeruandis tempore Guerrarum noſtre regioni fere Incumbencium, cum neceſſitudo vrgebat, abſque contradictionis faſtidio nobis tam libenti quam promto animo impenſum ſpirituali priuetur gracia, Cum copioſa eciam in minimis apud dominum merces conſiſtit Ad recompenſationis viciſſitudinem petitioniſque veſtre Inſtanciam pie caritatibus veſtris vna cum Venerabili domino prepoſito Conrado de marnholte Jam in criſto defuncto elargimur auctoritate noſtra propter deum perpetuam plenariamque tam In vita quam In morte fraternitatis confederationem Necnon ſpirituale participium omnium et ſingularium caritatiuarum actionum In diuinis cultibus, orationibus, vigiliis, abſtinentiis ceteriſque ſalubribus exercitiis ac piis laboribus per nos et poſteros noſtros die noctuque perpetuo ſacri flaminis opitulamine ſuffragante agendarum, Completo ſiquidem preſentis vite termino, cum quarumcunque veſtrarum obitus apud altiſſimum ſemper felix nobis intimatus fuerit, confeſtim ſecundum noſtri ordinis ritum veſtrarum animarum abſolucionem et recommendacionem In Capitulo noſtro Ceteraque fraternitatis Jura In vigiliis, miſſis ac aliorum ſuffragiorum ſubſidiis pro noſtris conſororibus conſueta pro animarum veſtrarum remediis inuiolabiliter obſeruanda fideliter proſequamur.